

F. l. a. suppositorium, \circ lini vel amygdal. dulcium illinendum
S. Zäpflein.

INFANTES acutâ oppressi febris si jaceant, alvusque dura sit, umbilicum, imò totum ventrem pinguedine anserinâ vel butyrô non salitô illinunt mulierculæ, & alvum suppositoriô ex sapone communi, vel \circ chamæmelino illitô sollicitant, magnô cum fructu.

CAPUT XLVII

præparantia exhibet.

PRimis evacuatis viis progressum facimus ad secundam & tertiam regionem, cacochymicosque biliosos humores ibidem stagnantes disponimus ad faciliorem per alvum segregationem. Ita autem debent esse comparata, ut refrigerandi, humectandi putredinem coercendi, obstructions reserandi & viscera roborandi vi polleant.

E chemicorum penu suppeditantur *medicamenta tartarea*, pro universalibus digestivis habita, licet talia non sint. Biliosis febribus non convenire videntur. In spurio tamen causo & pituitosis temperamentis sine noxâ propinari posse arbitramur.

In CACOCHYMIA BILIOSA præscribuntur *tinctura rosarum, violar. fl. papav. erratici, serum lactis simplex vel mistum, sirupus berberum, ribium, de succô citri, acetose, boraginis, granatorum, cichorii simplex, endivia*, qui dilui possunt aquis adpropriatis cardiacis. Eâdem vi pollent *semina 4. frigida majora*, ex quibus cum *aq. endivia, lactuce, portulacæ, flor. nymphae*, emulsio parari potest.

In ardente legitimâ, ubi acrior bilis & fervidior, sequentia convenire possunt.

R̄: ∇ endiv. scordii, cichorij. a. ζ ij.
sir. acetos. citri perlati ζ ß. corallior. Quercetani ζ j.
'tinct. violar. ζ ß. M. aromatizetur spec. diamargar. frigid. \mathfrak{z} ij.
F. Julepus. S. Stärkend Präparier, Träncklein.

M 2

 \mathfrak{z} ∇